

Ducem vel eius successores vel per Comm. Uenec. vel per aliquam aliam personam singularem de Uenec. aliquid possit peti modo aliquo vel requiri. de quibus omnibus fecit finem et remissionem et pactum amplius aliquid exinde non petendi idem Syndicus et promisit cum expensis et obligatione honorum omnium Comm. Uenec. dicto Fr. Bonvixino Sindico recipienti et stipulanti nomine et vice Pot. Capit. Comm. et hominum Bon. et sui districtus quod d. Dux predictus et sui successores et Comm. Uenec. habebunt omnes homines Bon. et quemlibet eorum salvos et securos in personis et rebus in Civit. Venec. et in districtu toto eundo stando et redeundo secundum quod erant ante presentem guerram inceptam. Et insuper promisit idem Laurentius eo modo quo supra antedicto Fr. Bonvixino recipienti ut supra et concessit quod Comm. et homines Bon. possint per eorum Nuncium vel Nuncios omni anno facere accipi de Marca Anconitana vel de Romagna viginti millia corbium furmenti ad cursum Bon. et facere portari per mare et per portum Primarii et per aquam in Civit. Bon. pro usu hominum dicte terre et hoc quando frumentum valebit in Ueneciis soldos triginta Uenec. parvorum ad starium Uenec. vel exinde infra non compensando de uno anno in alium et insuper quod possint Pot. Comm. et homines Bon. predicti omni anno de Sale Cervie facere portari per mare et per portum Primarii et per aquam triginta milliaria Salis ad milliare Clugie in Civit. Bon. pro usu hominum dicte terre non compensando de uno anno in alium ita tamen quod stare debeant apud Castrum Sancti Alberti de Ueneciis vel in Primario ubi d. Duci placuerit pro d. Duce et Comm. Uenec. tres homines de Ueneciis qui dictum frumentum et salem quando portabitur videant et extiment bona fide per Sacramentum et extimatione facta ad dictam Civit. ductum frumentum et salem libere et sine impedimento ad Civit. Bon. facere deportari sine aliqua mensuratione vel exhoneratione facienda. Hoc addito et expresse inter partes determinato quod de represaliis hinc inde concessis debeat per utrumque Comm. et homines utriusque Comm. supradicti terminari